



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Petronilla. V. S. Hermes Mil. S Paschasius conf. 31. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Petronilla. V. S. Hermes M. S.
S. Paschasius conf. 31. Mai.



Paci entia.

Non est dolenda afflictio, quam in-
telligimus esse matrem virtutum. Sa-
luianus.

Exaudi nos Deus salutaris noster,
vt, sicut de B. Petronillæ V. tuæ (B. Her-
metis M. S. Paschasij Conf. tui) festi-
uitate gaudemus; ita piæ deuotionis
erudiamur affectu. Per D. N. Ies. &c.

Ora pro familijs Christianis, &c.

1. S. Petronilla V. filia B. Petri Apo-
stoli, Flacci nobilis viri spernens con-
iugium, acceptis tridui ad deliberan-
dum inducijs, interea ieiunijs & ora-
tionibus insistens tertia die, mox ut
sanctum Christi D. Corpus acceperat
Spiritus castum dimisit in cælum.

2. Hermias M. apud Comanos in
Ponto miles fuit sub Imp. Antonino.
Is ab innumeris tormentis ijsque sæ-
vissimis liberatus carnificem conuer-
tit ad fidem, & eundem Martyrij ac-
cepit consortem obtruncatus.

3. S. Paschasius, Diaconus Romæ
miræ sanctitatis vir, eleemosynarum
operibus vacans, cultor pauperum; &
contemptor sui. in Schismate (*Symma-
chi & Laurentij*) Laurentium secutus
post obitum pænas dedit, & saluatus
est, per ignem purgatorium.